

UN PROIECT DE REUNIFICARE BISERICEASCĂ DIN ANUL 1812 ȘI SEMNIFICAȚIILE LUI

Mitropolitul sărb de Karlowitz (Sremski Karlovci), řtefan Stratimirović (1790-1836), este cunoscut în istoriografia românească mai ales pentru raporturile întreținute cu reprezentanții ierarhiei ortodoxe din Transilvania și Banat, cu deosebire la începutul anilor '90 ai secolului al XVIII-lea, dar și ulterior¹. Istoricul Victor Neumann s-a opus personalității culturale a înaltului ierarh și a uneia dintre scierile sale istorice, referitoare la români². În mult mai mică măsură au fost abordate demersurile lui pe linie bisericească³, cel puțin în bibliografia care mi-a fost accesibilă. Cele câteva documente editate cu acest prilej, provenind din arhiva Nunțiaturii Apostolice din Viena, ilustrează tocmai un asemenea demers, încadrabil proiectelor de reunificare bisericească din epocă. Faptul nu trebuie să pară paradoxal, în ciuda ostilității cunoscute a mitropolitului Stratimirović față de adeptii reunificării în formula greco-catolicismului⁴. După cum reiese din expunerea lui, Stratimirović avea în vedere reunificarea generală a Bisericilor Răsăritului și Apusului, pe baza unui model cu totul distinct de cel greco-catolic.

Intervenția mitropolitului sărb s-a produs într-un context extrem de dificil pentru Sfântul Scaun, ca urmare a exilului impus papei Pius al VII-lea de împăratul Napoleon (între anii 1809 și 1814). În noua situație, nunțiul Antonio Severoli era considerat în continuare de Curtea imperială reprezentant al papei la Viena, deși își pierduse calitatea de ambasador⁵. Desigur, la aceste circumstanțe face referire mitropolitul de Karlowitz în scrisoarea adresată Nunțiaturii, prin care susține posibilitatea reunificării Bisericilor Răsăritului și Apusului, singura condiție fiind abolirea demnității pontifcale în Biserica Romano-Catolică⁶.

Introducerea scrisorii sugerează existența unor contacte anterioare, Stratimirović răspunzând acum invitației nunțiului de a-și expune punctul de vedere. O precizare interesantă aduce scrisoarea din 25 septembrie 1812, a canonicului bisericii colegiate din Bratislava, Alexius Iordánszky, solicitat de nunțiu la 6 aprilie să-și exprime opiniiile asupra subiectului⁷. Aceasta amintește că fusese martorul unei dispute care avusesese loc, cu ani în urmă, între mitropolitul Stratimirović și fostul arhiepiscop primat al Ungariei József Batthyány, cu privire la problematica unirii religioase. Mitropolitul se referise cu acel prilej la chestiunea lui *filioque*, înțeleasă de puțini

¹ Referințe în acest sens se găsesc, printre altele, în lucrările lui Silviu Dragomir (*Corespondența episcopalului Gherasim Adamovici și mișcarea de emancipare a clerului și poporului românesc în anul 1791*, Sibiu, 1911), Mircea Păcurariu (*Istoria Bisericii Ortodoxe Române*, vol. III (*Secolele XIX și XX*), ediția a II-a, București, 1994), Ladislau Gyémánt (*Mișcarea națională a românilor din Transilvania între anii 1790 și 1848*, București, 1986) și Nicolae Bocșan (*Contribuții la istoria iluminismului românesc*, Timișoara, 1986, p. 140).

² Victor Neumann, *Convergențe spirituale*, București, 1986, p. 21, 71-83; Idem, *Tentația lui Homo-Europaeus. Geneza spiritului modern în Europa Centrală și de Sud-Est*, București, 1991, p. 197-198. Mărturiile documentare despre activitatea lui se găsesc și la Domokos Sámuel (ed.), *A budai Egyetemi Nyomda román kiadványainak dokumentumai 1780-1848*, Budapest, 1982, passim.

³ Un exemplu am întâlnit la N. Bocșan, care menționează trei memorii împotriva propagandei greco-catolice, adresate împăratului Austriei de mitropolit în anul 1834 (*op. cit.*, p. 350).

⁴ Poate fi amintită astfel decizia din anul 1807 a sinodului mitropolitan din Karlowitz, care l-a declarat pentru totdeauna nedemn de funcția episcopală pe arhimandritul Pavel Kengelacz, acuzat că își mărturisise disponibilitatea față de unire în anul 1800 și că redactase ulterior chiar și o declarație în acest sens (vezi detalierea chestiunii, împreună cu bibliografia anterioară, la Daniel Dumitran, *Un timp al reformelor. Biserica Greco-Catolică din Transilvania sub conducerea episcopalului Ioan Bob (1782-1830)*, București, 2005, p. 212-213).

⁵ *Storia della Chiesa*. Vol. XX/2. *Restaurazione e crisi liberale (1815-1846)*, di J. Leflon, edizione italiana sulla 2^a edizione franceză a cura di Carmeno Naselli, Torino, 1975, p. 632.

⁶ Archivio Segreto Vaticano, fond *Archivio della Nunziatura Apostolica in Vienna. Miscellanea. Negotia varia a Nuntiis peracta*, fasc. VII, nr. 59, nenumerotat. Scrisoarea, păstrată în copie, conține câteva adnotări critice marginale, autorului acestora apartinându-i și consemnarea de pe verso-ul ultimei file: „Scritto dell' arcivescovo Graeco Scismatico sopra la riunione alla Chiesa Latina”.

⁷ Original, păstrat în același dosar, alături de observațiile lui Iordánszky (*Animadversiones*) cu privire la scrisoarea mitropolitului sărb.

preoți și chiar de mai puțini laici, ea constituind totuși motivul principal al unei înverșunate disensiuni între „oamenii trăitori sub același tron și aceeași constituție civilă”; el își exprimase și dorința ca oamenii care trăiau în aceeași țară să aibă același calendar și aceleași sărbători.

Scrisoarea mitropolitului Stratimirović pornește de la ideea că, prin abrogarea autorității pontificale, Biserica neunită ortodoxă ar deveni, ca și cea a unitilor, cu adevărat catolică, din moment ce, dintre chestiunile care au format obiectul înțelegerilor de unire, singura care îi diferențiază pe uniți de neuniți este recunoașterea sau nerecunoașterea autorității pontificale ca autoritate universală în Biserică. Pentru a-și motiva aserțiunea, ierarhul se axează pe interpretarea semnificației celor patru puncte doctrinare florentine: utilizarea pâinii azimă în Sfânta Cină și comuniunea laicilor *sub utraque specie*, recunoașterea existenței Purgatoriului, chestiunea purcederii Spiritului Sfânt, chestiunea realității primatului universal al pontifului roman, a jurisdicției sale în întreaga Biserică în calitate de vicar al lui Hristos. Conform lui Stratimirović, în Conciliul florentin (plasat în anul 1442), cei prezenți au convenit ca în privința primului punct să fie apărată doctrina catolică, pentru al doilea și al treilea interpretarea „grecilor” să fie crezută ca fiind conformă doctrinei „latinilor”, iar punctul patru, fiind cel mai important, să fie primit de „greci” conform dorinței Bisericii romane. Aceste patru puncte au fost subscrise de neuniți polonezi din Lituania în anul 1594 (corect: 1595), ei devenind astfel uniți și fiind numiți „greco-catolici”; la fel s-a întâmplat cu rutenii din Ungaria Superioară în anul 1652 (corect: 1646) și cu o parte a românilor neuniți din Transilvania în anul 1697.

Mitropolitul se referă în continuare la atitudinea unitilor din vremea sa față de cele patru puncte florentine, comparând-o cu cea a unitilor. Astfel, el observă că Sfânta Cină este consacrată și administrată identic credincioșilor. În privința Purgatoriului, „grecii” uniți păstrează comemorarea morților și rugăciunile și milosteniile ca și cei neuniți, în conformitate cu decizia Conciliului florentin, care conferise legalitate ritului lor, și consideră disputele pe acest subiect doar chestiuni de școală, în care evită să se implice. „Grecii” uniți folosesc în Biserică aceeași formulă a Simbolului credinței, niceeano-constantinopolitană, fără *Filioque*, ca și cei neuniți, susținând că acesta se cuvine crezut (în formula latină), dar nu și mărturisit. Uniții se deosebesc de neuniți în privința primatului pontifical, pe care neuniții îl denunță cu orice ocazie, în vreme ce uniții îl recunosc ca și cap al tuturor credincioșilor, neuniții fiind numiți din această cauză, în multe regiuni catolice, „schismatici” sau chiar „eretici”.

Marele obstacol în realizarea unirii îl constituia aşadar, în opinia lui Stratimirović, problema primatului papal, pentru că în privința celorlalte trei puncte dogmatice florentine interpretarea „grecilor” neuniți era similară interpretării *de facto* a unitilor. Prin desființarea instituției pontificale, neuniții ar fi recunoscuți, ca și uniții, drept adevărați ortodocși. Dogma neuniților ar rămâne intactă, iar „grecii” uniți și cei neuniți ar avea aceeași formulă a mărturisirii de credință, aceeași sacamente și ceremonii, aceeași preoți seculari căsătoriți, aceeași posturi și sărbători, același calendar și aceeași cărți bisericești. Ideea expusă anterior în convorbirea cu primatul Ungariei era astfel aprofundată și generalizată la sfera totalității credincioșilor aparținând ritului grec.

Opiniile exprimate de mitropolitul Ștefan Stratimirović au fost combătute de un reprezentant al punctului de vedere catolic, autor al unei reflectii critice nesemnate, intitulată *Reflexiones in Epistolam quae tractat, gravissimi momenti obicem, qui Orientalis, et Occidentalis Ecclesiarum unionem impediat, sublatum iri, si inter presentia rerum adjuncta in Ecclesia Romano Catholica Pontificis Dignitas cessaret*⁸. El contestă de la început principiul fundamental pe care ierarhul ortodox își construise proiectul de reunire: supozitia că demnitatea pontificală ar apartine sferei politice sau disciplinei, și deci ar putea să inceteze sau să fie abrogată, este falsă, pentru că respectiva demnitate aparține dogmei, pontiful roman fiind succesorul Sfântului Petru, vicarul lui Hristos, cap vizibil al întregii Biserici a tuturor creștinilor. Înlăturarea jurisdicției și demnității pontificale nu ar putea fi urmată de unirea Bisericilor, pentru că acest fapt ar fi împotriva unirii Bisericii, intemeiată pe unitatea capului și a conducerii pontificale. Pe de altă parte, demnitatea sau

⁸ Copie, păstrată în același dosar; titlul citat preia introducerea scrisorii lui Stratimirović.

jurisdicția pontifului roman nu ar fi singura piedică în calea unirii, pentru că în multe alte articole diferă și greșesc „grecii” neuniți față de Biserica Romano-Catolică, mai ales în purcederea Spiritului Sfânt, în doctrina despre purgatoriu, în consacrarea azimei etc. Afirmațiile sunt argumentate prin apelul la aceleși decizii ale Conciliului florentin, dar și la practicile religioase ale răsăritenilor, în cazul chestiunii purgatoriului. Conform acestui autor, adevărata piedică în calea unirii Bisericii „grecești” cu cea Romano-Catolică nu este demnitatea sau jurisdicția supremă a pontifului roman, ci doar orgoliul și obstinația „grecilor” neuniți, care refuză să se conformeze conciliilor ecumenice și râvnesc, dacă ar fi posibil, nu să suprime papalitatea, ci s-o transfere în Biserica „greacă”.

O altă replică polemică la adresa expunerii lui Stratimirović îi aparține canonului Alexius Iordánszky⁹, și ea tratează doar câteva chestiuni de natură terminologică, considerate ca fiind lipsite de precizia necesară: termenul de „Biserică Orientală”, „circumstanțele prezente” și „încetarea demnității pontifcale” (politică sau ierarhică?).

Simpla lectură a documentelor relevă faptul că, în realitate, dialogul nu a fost posibil. Sub acest aspect, este edificatoare afirmația canonului Iordánszky, cum că „Biserica Romano-Catolică este Biserica lui Hristos”, iar „celealte [Biserici] nu sunt opera lui Dumnezeu”. Prin prisma unei judecăți atât de ferme, care primea răspunsuri pe măsură din partea răsăritenilor, este lesne de înțeles de ce proiectul reunirii Bisericilor nu putea reprezenta, în epocă, o prioritate. De altfel, se poate pune întrebarea dacă proiectul mitropolitului de Karlowitz, de faptură mai degrabă raționalistă, avea într-adevăr în vedere reunirea Bisericilor, sau mai degrabă contestarea eficienței modelului unirilor parțiale, în care se originau Bisericile Greco-Catolice. Chiar și în aceste condiții însă, documentele discutate, reproduse *in extenso* în anexă, oferă o prețioasă mărturie cu privire la orizontul ideatic și opțiunile confesionale ale învățățului mitropolit Ștefan Stratimirović.

DANIEL DUMITRAN

A PROJECT OF THE 1812 CHURCH UNIFICATION AND ITS SIGNIFICANCE

The paper deals with the project of Eastern and Western Churches reunification, drafted by the orthodox Karlowitz metropolitan bishop Ștefan Stratimirović in 1812. The sources which were used, mentioned in the appendix are: Ștefan Stratimirović's letter, which comprises the mentioned project, a critical reflection regarding this letter and a letter dated in 25th September 1812 which was addressed to the apostolic delegate in Vienna Antonio Severoli by Alexius Iordánsky, the canon of the collegiate church from Bratislava, letter which is at its turn joined by critical remarks. In his letter, the metropolitan bishop Ștefan Stratimirović supports the possibility of the reunification of Eastern and Western churches whether in the given circumstances (exile imposed to the pope starting with 1809) the pontifical dignity was abolished in the Roman Catholic Church. He focuses on the interpretation of the significance of the four Florentine points, and, as doctrinal references, he refers to the Florence Council and to the decisions of partial unification signed at Brest, Ujgorod and Alba Iulia. In his opinion a great impediment in the fulfilment of the union was the problem of papal pre-eminence, because as regards the other three Florentine dogmatical points, the interpretation of the non-united “greeks” was similar with the *de facto* interpretation of the Uniates. Against this statement the above-mentioned critical reflection outlines the fact that pontifical dignity cannot be abolished, because it does not belong to the political or disciplinary field but the dogmatic field; as regards the three other dogmatic matters the author of the reflection lays stress on the wrong interpretation of the non-Uniates. The letters analysed provide a precious testimony regarding the way of conceiving the union at that moment from a Catholic perspective which was in opposition with the official position of the Holy See, namely from a quite singular orthodox perspective.

⁹ Original, păstrat în același dosar.

ANEXE

I Excellentia Vestra,

ex me nosse desiderat, rectam existimet, gravissimi momenti obicem, qui Orientalis et Occidentalis Ecclesiarum unionem impedit, sublatum iri, si inter praesentia rerum adjuncta in Ecclesia Romano-Catholica pontificis dignitas cessaret¹⁰.

Equidem non crediderim – quidquid apparari putatur – pontificatum jam nunc cessaturum: ad hunc finem diuturniari tempore, quam vita Napoleonis et adhuc per multis praeparationibus opus foret, sed utcunque sit, ego votis Excellentiae Vestrae respondere, ut quid de praemissa quaestione censem, exponere festino.

Quemadmodum haec quaestio ad duplarem societatem pertinet, ita sub duplo quoque respectu considerari potest: nempe 1) ex parte Graeco-Orientalis nonunitae et 2) ex parte Romano-Catholicae vel Graecae-Unitae Ecclesiae. Cum nihilominus apud Graecam non unitam Ecclesiam nunc quidem nihil agatur idgenus, quod discutiendae hujuscemodi quaestioni ansam praebeat; in Romano-Catholica Ecclesia autem ejusmodi disquisitiones hoc tempore opportunae accidenterent: idcirco convenientius me factarum arbitror, si meam de laudata quaestione // opinionem ea duntaxat ex parte paucis exposuero, ex qua romano-catholicis consideranda veniat.

Vir romano-catholicus, qui quidem principiis suis conformiter cogitet, quaestionem Excellentiae Vestrae non modo directe adfirmare, sed et una confiteri deberet, cum in casum, quo per Romanam Ecclesiam pontificalia potestas (prout ea ad hoc tempus habebatur, tamquam unica auctoritas, ita, ut christiani nonnisi ei se subjiciendo salvari valeant et eam nonnisi cum externae salutis dispendio repudiare possint) abrogaretur, Ecclesiam non unitorum orthodoxam fore et perinde ac unitorum sit vere catholicam.

Demonstratio hujus adserti paucis et perspicue perfici potest, scilicet: Graeci uniti hoc tempore relate ad sententias, quae adhuc universalium de unione pactionum objectum fuerant, unice differunt agnoscendo vel non agnoscendo pontificiam potestatem, tamquam universalem dominatum in universas per orbem Ecclesias. Si itaque pontificalia potestas in Romano-Catholica Ecclesia deinceps penitus desinaret, nulla ratio superesset, cur duae haec Graecorum partes a se invicem distinctae // haberentur, atque ita Graeci non uniti, perinde sicut adhuc cum unitis factum fuerat romano-catholicis orthodoxi et vere catholici agnoscendi forent. Si praemissa subsistant, consequentia suapte fluit; nam quod a romano-catholicis apud Graecos unitos non reprehenditur, id ipsum (si quidem juste agatur) neque in disunitis reprehendi potest.

Saepius jam ad hoc tempus de Graeca cum Romana Ecclesia unienda actum fuit et quavis occasione et ex tot discriminibus dogmaticae et disciplinae harum duarum Ecclesiarum objectum communium disquisitionum seu verius loquendo, postulata Romanorum a Graecis his quatuor capitibus comprehendebantur: 1) de fermentato ex azymo pane in Sacra Caena et communione laicorum sub utraque specie, qua in parte Latini Graecorum doctrinam prorsus non impugnarunt, sed requirebant duntaxat, ut sua quoque sincera esse agnosceretur. 2) De Purgatorio, quod Graeci non uniti, ita determinate admittere detractabant. 3) De Processione Spiritus Sancti, qua in parte Graeci processionem a Patre, Latini vero a Patre Filioque propugnant. 4) Denique de pontificis universalis primatu, id vero est, de ejusdem // tamquam Christi vicarii in universas orbis Ecclesias jurisdictione, quam Graeci non agnoscunt, sed unice honoris praerogativam inter caeteros patriarchas pontifici tamquam Romano et primo patriarchae adsignant.

Omnis reliquae differentiae, atque dogmaticae et disciplinares sententiae Graecorum ab ipsis Romanis, quum serio de unione ageretur, nunquam impetratae, sed tamquam Evangelio et doctrinae universalis Ecclesiae conformes aut prorsus non adtactae aut hac quoque occasione cuiusvis Ecclesiae libertati permissae fuerunt.

In magno illo unionis adparatu, qui 1442 in Concilio Florentino factus fuerat, pontificii cum Graecis, imperatore scilicet, patriarcha et praesentibus numerosis patribus unice in quatuor predictis capitibus convenire conabantur et quidem ita, ut relate ad primum caput magis doctrina Latinorum defenderetur, quam novi quidpiam apud Graecos statueretur; quod de secundum et tertium caput adinet,

¹⁰ Adnotare marginală: „Suppresso et sublato, si possibile esset, pontifice Romanorum, non solum ne unirentur Graeci, sed dissolverentur Latini”.

de iis Graecorum sententia satis consentanea doctrinae Latinorum esse credebatur; a §4 tum caput penitus juxta Ecclesiae Romanae placitum a Graecis recipiendum fuisse. His duntaxat quatuor capitibus non uniti Polonici in Lithuania 1594 sub//scripserunt, atque uniti facti sunt et graeco-catholici dicti. Tantum super his quatuor capitibus 1652 cum Ruthenis in superiori Hungaria et 1697 cum parte non unitorum Valachorum in Transylvania unio transacta fuit. Unde consequitur, ut jam supra observatum est, quod Ecclesia Romano-Catholica omnes caeteras Graecorum differentias adprobare, aut saltem non habere erroneous cogatur. Sequitur porro, declaratis his quatuor capitibus, praemissam supra quaestionem suapte resolutum esse.

In praesenti Graeci uniti se ad non unitos relate ad haec quatuor doctrinae capita ita habent.

1) Sacra Caena apud utrosque ex iisdem libris, eadem forma et materia, juxta easdem orationes in fermentato pane peragitur, atque sub utraque specie clericis aequae ac laicis quovis tempore dispensatur; ut adeo duae hae societates hac in parte ex aequo convenient¹¹.

2) In Purgatorium Graeci non uniti consentire penitus recusant; quod id ex eorum mente serius demum Ecclesiae Romanae inventum sit; neque quidquam ea de re in Scripturis habeatur ac multis // abusibus occasionem pandat¹². Hoc tamen non obstante orant pro defunctis, commemorationis faciunt, elemosynas pro eorum salute largiuntur etc. idque totum ideo, quia haec auctoritas primaevae Ecclesiae suadeat, quin ullum singularem locum determinet. Graeci uniti in scholis Romanae Ecclesiae catholicorum de Purgatorio doctrinam pereaque ac Latini discunt, atque profitentur Ecclesiam Romano-Catholicam non errare, dum locum singularem statuit; in usu nihilominus pro defunctis commemorationes faciunt, preces fundunt, penitus et unice ratione et ritu non unitorum ex iisdem libris, iisdem formis et orationibus, verbo per omnia non unitis conformiter. Dicunt porro id agendi potestatem se habere a Concilio Florentino, quod hac in parte doctrinam Graecorum Latinae satis conformem invenerit et ritum intactum conservare sollicite adlaboraverit. Porro hoc Concilium unice genuinam et legalem normam esse, secundum quam Graeci et Latini uniendi et de legalitate vel illegalitate suorum rituum dijudicandi sint. Igitur in hoc quoque capite, quantum ad usum et externa adtinet (in//terna autem animorum quis dijudicet) duae hae partes perfecte convenient ac discrimen unice ad quaestionem scholae redit, in quibus ipsis romano-catholicis diversa sentire liberum est et alioquin notum est, doctrinam de Purgatorio his temporibus apud ipsos romano-catholicos Graecorum expositioni satis conformem evasisse et eam de speciali denominatione et dimensione sic dictarum indulgentiarum ac liberatione ex purgatorio praetermissam esse. Igitur nec quoad hoc caput discrimen amplius obtinet.

3) De processione Spiritus Sancti Graeci uniti in Ecclesia eamdem fidei formulam docent, Symbolum videlicet Nicaeno-Constantinopolitanum citra additam particulam *Filioque*, prorsus ut Graecis non unitis legendum est; atque profitentur, quod ex mente Concilii Florentini, quod unicam atque praecipuam normam pro Graecis unitis contineat, credere tantum oporteat Spiritum Sanctum a Patre Filioque procedere, quin etiam Symbolo additum publice recitavi debeat. Dicunt itaque Graeci uniti, Symbolum prorsus immutatum manere et legi posse prout Ecclesia Graeca semper citra particulam Filioque recitaverat, dummodo credatur, neque Romanam Eccle//siam errare, dum hoc Symbolum addita particula *Filioque* recitare consuevit. Parochus quidam unitorum Neoplantae, quadam occasione Ecclesiam non unitorum tempore liturgiae ingressus, in scannis sacerdotum et lectorum constititis: ubi deinde tempus advenit Symbolum ritui conformiter publice populo praelegendi, ipse ad omnium praeuentum stuporem librum capiens, hoc Symbolum prorsus ut scriptum erat, citra additum *Filioque* praelegit, tam praecente exiguo populo, quam liturgiam peragente presbytero hoc ejus factum demirantibus. Ubi deinde hic non unitorum presbyter eidem tam eam temeritatem, quod in aliena Ecclesia legere presumserit, quam quod contra fidei suae professionem Symbolum recitaverit, exprobaret, ad hoc alterum reposuit: *Oportet credere, sed non confiteri*¹³. Quibus verbis declarare volebat, Symbolum citra particulam *Filioque* etiam in Ecclesia recitari posse a Graecis, quin ea propter a romano-catholicis erroris insimulari queant, aut unionem cum eisdem laedant.

Ex quibus omnibus quisque clare perspicere potest Graecos unitos cum non unitis in hoc dogmate exacte consentire // velle ac proinde nullum inter ipsos hoc ex capite discrimen a romano-

¹¹ Adnotare marginală: „Iterum loquitur auctor de communione sub utraque specie. Num quid ne eam singulis necessariam putat? Praeterea quid credit ipse, quid sui de transubstantione? His declaratis videbimus an hac in parte Graeci uniti et non uniti ex aequo convenient¹¹”.

¹² Adnotare marginală: „Iste articulus, qui orthodoxam Graecorum de Purgatorio confessionem non exhibet, pluribus etiam in locis capit Lutherum”.

¹³ Subliniat în original.

catholicis statui posse: saltem ex externis et (qui unus modus possibilis est) ex Symbolo judicando discrimen fieri nequit¹⁴.

4) De universalis pontificis primatu. Non uniti pontifici primatum honoris ultro deferunt, parati, si unquam occasio emergeret, hunc ei honorem contestandi; at vero primatum jurisdictionis in universos fideles et orbis ecclesias eidem abjudicant. Uniti vero pontificem caput omnium fidelium agnoscent, atque hujus professionis gratia ab eodem totaque Romana Ecclesia tamquam eidem uniti, id est, sub ejus jurisdictione consociati, graeco-catholici dicuntur; e contrario Graeci non uniti ex hoc uno capite in multis catholicis regionibus per summum contemtum schismatici appellantur. Quae compellatio simul argumento est, Latinos contra Graecos non unitos nihil aliud excipere, nullum apud eos in fidei articulis errorem reperire; sed duntaxat quod separati sint et non conjungantur sub pontificis jurisdictione: alioquin enim non schismatici modo, verum etiam haeretici appellandi forent, quod tamen nusquam et nullo unquam tempore usuvenit, // ubi de seria declaratione agitur.

In hoc itaque uniti a non uniti discrepant.

Ex omnibus hactenus dictis perspicuum est, reliqua tria controversa capita inter Graecos unitos et non unitos suapte disparere et duntaxat postremum (tamquam politicam subjectionem, per quam Graeci intra claustra pontificiae hierarchiae compellantur) remanere; ut adeo hae societas a romano-catholicis considerate in hoc uno puncto diversae haberi possint.

Unde porro suapte consequitur, in eum casum; quo pontificatus desineret, nullam fore causam, cur ii, qui ad hoc tempus non uniti habebantur, continuo prout uniti pro vere orthodoxis non agnoscantur. Nam demto hoc uno capite de pontificis primatu, quoad caetera ipsi romano-catholici edixerunt, se non unitorum dogmata intacta relinquere; cum praeterea, hoc unico excepto, Graeci uniti cum non unitis omnes fidei professionis formulas, omnia sacramenta, caeremonias, conjugatos saeculares presbyteros, jejunia, festa, calen//darium, omnesque sic dictos symbolicos et praticos ecclesiasticos libros communia habeant: ne concipi quidem potest ulla ratio, cui haec christianorum classis non eodem cum Graecis unitis loco habeatur.

Ridiculum foret quidpiam in non unitis reprobare, quod quavis adhuc occasione in unitis probatum aut saltem toleratum fuerat.

Plura de his scribere supervacaneum foret, cui haec non satisfaciunt, is non continuo adferendum de ecclesiasticis dogmatibus judicium accedit, sed prius iis pernoscendis studeat necesse est. Notum quoque est Excellentiae Vestrae, quod quanto plus de id genus objectis scribitur, tanto pauciores hujus scripti lectores futuri sint. His itaque finem scribendi facio¹⁵.//

II

Reflexiones in epistolam quae tractat, gravissimi momenti obicem, qui Orientalis et Occidentalis Ecclesiarum unionem impedit, sublatum iri, si inter presentia rerum adjuncta in Ecclesia Romano-Catholica pontificis dignitas cessaret

Primo: Videlur, quod tam quaestio, quam responsio hujus epistolae fundatae sint super falsam suppositionem: supponentes scilicet, pontificiam dignitatem ad politicam pertinere vel ad disciplinam et consequenter cessari posse aut abrogari; quod falsum est, cum sit dogma et articulus fidei, duraturam esse talem dignitatem usque ad finem seculi, juxta infallibilia promissa Christi: nam cum romanus pontifex sit successor Sancti Petri, vicarius Christi, princeps, fundamentum, pastor, rector, magister et caput visibili totius Ecclesiae universorum christianorum, a Christo immediate institutus, nulla humana potestas, neque portae inferi praevalebunt adversus eum. Haec omnia expresse confirmantur in Sacra Scriptura, in Sanctis Conciliis et communiter a Sanctis Patribus et Doctoribus Ecclesiae, tam Latinis, quam Graecis, quae bravitatis gratia hic demonstrare nolumus. Et ideo quicumque juxta orthodoxam fidem credit Ecclesiam Christi esse visibilem et unicam, necesse est, ut et hoc dogma et hunc articulum fidei credat: alias non solum schismaticus, sed et haereticus foret; nam qui negat unum quoque articulum fidei, eo ipso fit haereticus.//

Doctores et theologi Romano-Catholicae Ecclesiae presentem Graecam Ecclesiam generaliter non dicunt esse haereticam vel schismaticam; tum quam plurimi e Graecis uniti sint cum Ecclesia Romano-Catholica; tum quia in Sacrosancto Oecumenico Concilio Florentino Ecclesia Graeca universaliter unita fuit cum Romana et sic professa est. “Definimus Sanctam Apostolicam Sedem et Romanum Pontificem

¹⁴ Adnotare marginalē: „Quomodo nullum discrimen? Si oportet et credere, et ore, quando opus est, confessionem fieri ad salutem: quae duo in re de qua hic agitur, defaectant schismatici”.

¹⁵ Pe verso-ul acestei file se găsește următoarea consemnare: „Scritto dell'arcivescovo Graeco Scismatico sopra la riunione alla Chiesa Latina”.

successorem esse Beati Petri Principis Apostolorum et verum Christi Vicarium, totiusque Ecclesiae Caput et omnium christianorum Patrem ac Doctorem existere et ipsi in Beato Petro pascendi, regendi et gubernandi universalem Ecclesiam a Domino nostro Jesu Christo plenam potestatem traditam esse, quemadmodum etiam in gestis Oecumenicorum Conciliorum et in sacris canonibus continetur.” Et cum Graeci nationaliter aut in nationali concilio ab Ecclesia Romano-Catholica postea separati sint, error eorum dicitur personalis et nunquam totius Ecclesiae Graecae.

Secundo: False supponunt, quod ablata jurisdictione et dignitate pontifícia, sequatur unio Ecclesiae Graecae cum Romano-Catholica: cum e contra unio Ecclesiae fundetur in unitate capitum et jurisdictionis pontificiae: de quo legendi sunt S. Ireneus lib. 3. adversus haereses, cap. 3; Tertullianus adversus Praxeum; S. Cyprianus epist. 45 et epist. 65 et ipse Cyprianus lib. 2. de unitate Ecclesiae, dicens: “Exordium ab unitate proficiscitur et primatus Petro datur, ut Ecclesia una monstretur”. Ratione etiam patet: cum Ecclesia Christi sit summe ordinata et ordo tam moralis, quam physicus, consistat in subordinatione et subordinatio in actioni supremi in inferiores, necessario supponit et exigit ordo et unio Ecclesiae actiones aut influxiones unius supremi capitum in inferiores; // sicut in physicis actiones capitum in alia membra, in civilibus actiones principis in subordinatos, in militibus actiones ducis aut generalissimi in alios milites etc.; quibus sublati substulitur totaliter unio et ordo, et sequitur inordinatio, ut patet ex se. Insuper si licitum sit auferre articulum fidei negatum ab haereticis, pro unione Ecclesiae cum ipsis, sequeretur auferre omnes ferre articulos fidei, cum super omnes articulos fuerunt haeretici negantes illos, ad uniendam Ecclesiam cum ipsis. Falsum et falsissimum est consequens, ergo et antecedens.

Tertio: False supponunt, solum obicem unionis Ecclesiae Graecae cum Romano-Catholica esse dignitatem aut jurisdictionem summi pontificis romani; nam non in hoc solo articulo, sed in variis aliis etiam articulis discrepabant et habebant Graeci non uniti errores, sicut nunc habent et dissentunt ab Ecclesia Romano-Catholica: praesertim in processione Spiritus Sancti a Patre Filioque, in doctrina de Purgatorio, in consecratione panis azymi etc., ut patet ex conciliorum historiis et a presente praxi eorum.

De processione Spiritus Sancti ex Patre Filioque tamquam ab uno principio, de qua tot et tantae disputationes fuerunt in pluribus sessionibus Concilii Florentini, tum de dogmate processionis, tum de additione particulae *Filioque* in Symbolum Nicaeno-Constantinopolitanum, vix tandem convicti sunt Graeci credere et profiteri cum Ecclesia Romano-Catholica, Spiritum Sanctum procedere a Patre Filioque et juste additam fuisse a Latinis particulam *Filioque* in Symbolum, excepto // uno solo Marco Ephesino; et postulantibus Graecis, permisum fuit ipsis solummodo canere Symbolum in Ecclesiis eorum citra additionem particulae *Filioque*, juxta usum eorum; sed in aliis omnibus professionibus credere et confiteri processionem Spiritus Sancti ab utroque. Vide authores Historiae Concilii Florentini, tam Latinos, quam Graecos.

Quarto: False supponitur, quod in oecumenico Concilio Florentino actum fuerit de communione laicorum sub utraque specie, nam nec verbum invenitur de hac re in actibus ejusdem Concilii, sicut patet ab ejus historia, cum hoc pertineat ad ritum, et in principio hoc ritu utebantur quam plures Ecclesiae. Sed pertineret ad dogma, si crederetur, quod non fit communio integri Christi a laicis sub unice tantum specie, quod foret haeresis.

Quinto: False supponitur, quod dissensio Graecorum a Latinis de Purgatorio, praesertim in Concilio oecumenico Florentino, fuerit de ejus loco particulari: nam ipsi etiam admittebant hunc locum tenebrosum etc. Sed dissensio fuit particulariter de specie tormentorum, de igne aut de alio tormento. Quando autem Graeci consentierunt in dogmate Latinorum, quod animae morientium in charitate Dei, antequam satisfecissent dignis fructibus poenitentiae peccatis commissis, subjectantur poenis Purgatorii, in quibus accipiunt adjuvations per suffragia viventium, idest missis, sacrificiis, precibus, elemosinis etc.; Concilium reliquit in libertate Ecclesiae Graecorum credere poenas illas esse ex igne aut alio tormento.//

Ecclesia quoque Orientalis Armenorum, consentanea cum Ecclesia Romano-Catholica, credit quod animae in Purgatorio igno quoque tormententur et expresse canit in officio defunctorum: “Tremendum mysterium sacerdotis sublevatis manibus stans in sancto altare, ignis extinguitur. Tenebrae dissipantur, animae afflictæ exultant, quia fit remissio peccatorum; misericors Domine miserere animarum defunctorum nostrorum”.

Ex his patet, quam falsa sit etiam Responsio authoris hujus epistolae asserentis, quod doctrina Graecorum de Purgatorio perfecte conveniat cum doctrina Ecclesiae Romanae; et quod notum sit, doctrinam de Purgatorio his temporibus apud ipsos romano-catholicos Graecorum expositioni satis conformem evasisse: cum Graeci non uniti non soli dissentient nunc a sana doctrina Ecclesiae Romano-Catholicae de Purgatorio, sed in dogmata etiam errent. Externus ritus Graecorum unitorum et non unitorum non probat verum fidem non unitorum de dogmate Purgatorii, cum aliunde errent in eo. Nam

ad veram fidem dogmatis requiritur etiam actus internus et intentio, juxta illud Apostoli ad Rom. cap. X. vers. 10: "Corde creditur ad justitiam, ore autem confessio fit ad salutem".

Ex hucusque breviter dictis late patet verum obicem unionis Ecclesiae Graecae cum Romano-Catholica non esse dignitatem aut supremam jurisdictionem romani pontificis; sed unum solum orgolium, ostinatamque superbiam ipsorum graecorum non unitorum, qui se oecumenicis conciliis etiam accommodare noluerunt et semper // superiore gradum ambiebant, ita ut, si possibile esset, non papatum ab universalis Ecclesia auferebant, sed in suam Graecam transferebant. Et hoc manifestum est ex eo, quod semper postulabant, ut primum patriarchatum post romanum sit constantinopolitanum, quamvis patriarchatum constantinopolitanum erat non nisi quintus et titularis post Jerosolimitanum, ad honorem imperatoris, qui Constantinopolim sedebat; quo privilegio insuper non satisfacti, quod concessum fuit ipsis primo in Concilio quarto Lateranense et deinde in Concilio Florentino, abutebantur in subscriptionibus titulo patriarchae oecumenici, aliquando quoque capituli Ecclesiae.¹⁶

III

Excellentissime, illustrissime et reverendissime Domine comes,
archiepiscope, legate de latere et nuncie apostolice,
Domine mihi gratiosissime!¹⁷

Semestris intervallo tacui, neque ad gratiosas Excellentiae Vestrae die 6^a aprilis anno currenti ad me datas, quidquam respondi, quia per negotiorum importunam coacervationem, ita non potui, prout oportebat, respondere. Sed neque nunc respondeo ita, ut vellem, atque ut res postulat. Nam ita, prout Excellentiae Vestrae dignitas et erga me fiducia exigit, respondere nunquam potero. Semper majus erit nostris viribus, istud onus. Semper tamen gratulabor et gloriabor me hac in re superari.

Quisnam fuerit ille catholicus, qui tam imprudentem, tam irreligiosam, tam parum praecisam de unione Graecorum cum Ecclesia Romana suscitavit quaestionem? Parum labore nosse. Fuerit ille, sitve primi in Hungaria subselli? Non tamen est capropter primi apud Deum meriti; minimus enim vocabitur in regno caelorum, quod est Ecclesia, cuius unitatem aperta fronte impetit, dum centrum unitatis catholicae e loco suo dimoveri posse supposuit.

Graecum non unitum facile detego, quis fuerit? Nam et ego, cum in ecclesiastica primatis cardinalis de Batthyán aula ab anno 1792 usque annum 1798 archivarius essem, similem ejusdem metropolitae (Domini Stephani Stratimirovics) cum nunc memorato cardinale dialogum me audivisse memini. Cujus dialogi par fuit // exitus, etsi non fuerit par introitus. Neque enim cardinalis Batthyánus de praerogativis, divinoque jure Sedis Apostolicae quidquam decerpi sivisset unquam, in eo reponens vim unionis, si quam proxime fieret accessio ad centrum unionis. Disputatum inter eos fuit de illa potissimum quaestione, ecce propter speculativam de processione Spiritus Sancti sententiam, quam ipsam plurimi popae ac multo magis plurimi laici, schismaticorum ne quidem intelligunt, tamen tam pertinax vigeat discessio hominum sub uno throno et sub una constitutione civili viventium? Omnis dein sermo ad politicas pro et contra talem dissensionem causas devergebat. De causa alieni schismaticorum a latinis animi diserte ita conventum fuit, ut ea neutiquam in Curiae Romanae, sed potius in Graecorum ambitione quaereretur. Ceterum post longam diatriben, effectum est nihil. Ne quidem id, quod sagax metropolita optare se affirmabat, quodque ego non multo post eventurum esse, divinare audio, secutum adhuc est, videlicet: ut unum apud omnes ejusdem regni incolas calendarium, iidemque festi et profesti dies observentur.

Universim de tota hac, quam Excellentia Vestra mense aprilii anno currenti tanti momenti esse recte judicavit, quaestione, aliter jam nunc arbitrabilim exorto et ad viscera Imperii Russici promoto bello. Si enim solii Russici ad res Europaeas influxus, quod Napoleo, sibi efficiendum praefixit, fuerit impeditus, aut saltem vehementer imminutus, non extollent in altum corpora sua schismatici; atque adeo, quod ambitio consivit // schisma, consanabit humilitas.

Ceterum, quia propositione quaestionis adhuc tum ex hac tum ex alia parte practicam possumus necessitatem habere; et quia, quod unum suficit, Excellentia Vestra id a me poscit, tanto sub auspicio invocavi nomen Domini et ingressus in profundum fui, satis habiturus, si conatus meos probaverit Excellentia Vestra, cui me profiteor esse velle

in Rákos prope Sopronium

¹⁶ Pe fila următoare se află o consemnare de arhivă: „Negotia varia. Misc. fasc. VII^o n. 59. 1812. Nonnulla circa unionem curandam graecorum schismaticorum et signanter ex Transylvania cum catholicis”.

¹⁷ Consemnare ulterioară de arhivă: „Pretesa unione da procurarsi de Greci scismatici”.

die 25 septemboris 1812

servum humillimum
Alexium Iordánszky m. p.ria
canonicus Poson¹⁸.

IV

*25 septemboris 1812
Animadversiones A[lexium] I[ordánszky]¹⁹*

Ne quasi in incertum et quasi aerem verberando disceptetur; ante omnia opus est, *statum* propositae *quaestio[n]is* logica cum praecisione ita defigere, ut superinde nulla possit moveri ambiguitas. Tria sunt, quae in his propositae *quaestio[n]is* verbis, uberiorem poscunt dilucidationem:

1º. Orientalis et Occidentalis Ecclesiarum unionem

Enunciatio haec fluctuantem habet suppositionem. Ecclesia Christi ab ortu solis ad occasum semper est una, fuit, eritque una semper. Nomenclatio *Ecclesiae Orientalis* ab epocha et ab idea divisi inter Orientale et Occidentale Imperii Romani desumpta fuit; designatque sensu lato cunctos Christi fideles, in partibus ad Imperium olim Orientale pertinentibus degentes, sive illi sint catholici, sive non. Nam practer eos, qui a nobis *Graeci non uniti* dicuntur, multae adhuc in diversis Orientis partibus supersunt nestorianorum, monophysitarum, monothelitarum, aliorumque veterum sectariorum reliquiae. De his autem propositae *quaestio[n]is* status intelligi profecto non potest; cum hi sectarri, nestoriani, iacobitae, melchitae etc. non modo a Romana Ecclesia, verum etiam a Graecis et Russis schismaticis communione dissident. Sensu strictiore nomenclatio *Orientalis Ecclesiae* complectitur eos Christi fideles, qui non latino ritu et lingua peragunt sacra officia; attamen fidem profiten// tur cum Latinis eandem, iisdem ac totidem sacramentis utuntur, eodem sub sacro gubernio conjuncti vivunt. Ad Orientalem, hoc sensu sumtam, Ecclesiam pertinent, praeter Graecos ac Ruthenos unitos, etiam Armenii, Maronitae, Syri, Copti, Abyssinii de quibus omnibus nequit intelligi proposita *quaestio*.

Intelligi proinde *quaestio* illa debet de solis et omnibus *non unitis* Graecis, Rasciis, Russis, Croatis, Valachis, separationi per Photium inchoatae, per Michaelem Cerularium renovatae, per Marcum Ephesinum conservatae, atque ab epocha Concilii Florentini nunquam universaliter conciliatae, adhaerentes: intelligi debet proposita *quaestio* de talibus non unitis, qualis est metropolita ille, cum quo praesens vertebarat disquisitio.

2º. Inter praesentia rerum adjuncta

Cum aetate hac nostra videamus adjuncta rerum politicarum et ecclesiasticarum tam vehementer mutari, ut tantos quilibet ferme annus pariat eventus, quantos antea singula duntaxat secula proferebant, oportebat enucleatus explanare, qualia Dominus Proponens intelligat adjuncta rerum *praesentium*? Utrum *quaestio* haec praecesserit Conventus seu Concilii dicti nationalis Parisiensis 1811° dissolutionem? An jam postea, quam Sanctissimi Pii Papae VII^{mi} aliena ab articulis illis synodalibus voluntas innotuit? Utrum eadem *quaestio* teneat inter *praesentia* rerum adjuncta, dum exercitus gallo-foederati hospitantur in Imperii Russici territorio ac proinde rebus non unitorum inexpectatae impendent scena? Certe, si etiam Dominus Proponens animo non potuit prospicere tan//tam rerum vicissitudinem; Dominus Metropolita non debuissest obliuisci similium vicissitudinum?

Ceterum, quia non determinatur tempus propositae *quaestio[n]is*, illud ego ad annum 1811, sub initio poloniensium Comitiorum constituo, sub quibus Comitiis Praelati catholici, Latini et Graeci ritus crebro cum Praelatis non unitis convenire soliti sunt.

3º. Si in Ecclesia Romano-Catholica pontificis dignitas cessaret.

Qualis dignitas pontificis? politicam? an hierarchica? Dignitas Pii Papae VII ecclipsin quidem in horizonte politico per vim a Napoleone adhibitam passa est aliquantulum. Attamen hoc ipso tempore persistit dignitas hujus Sanctissimi Domini hierarchica; et quidem contra omnem conatum viri ab hominum memoria potentissimi in ipso ejus imperio persistit, quoque magis premitur, surgit in alta magis.

Quodsi in Ecclesia Romano-Catholica per αδυνατον cessaret dignitas hierarchica romani pontificis? Tunc equidem ipso facto cessaret Ecclesia Romano-Catholica. Ac proinde totus *praesentis* *quaestio[n]is* robur devolvitur ad hanc *quaestio[n]em*. Potestne Ecclesia Romano-Catholica cessare aliquando? Porro ad hanc ipsam *quaestio[n]em* evicerandam alia surgit *quaestio*: estne Ecclesia Romano-

¹⁸ Pe verso-ul filei se găsește următoarea consemnare de arhivă: „Nonnulla circa unionem schismaticorum Graecorum cum Graecis Catholicis. Nuncio Severoli”.

¹⁹ Pe marginea stângă a filei este reproducăd începutul textului combătut (formula de adresare și primul paragraf).

Catholica illa Ecclesia, quam Christus se dixit aedificaturum super petram? Ita, ut portae inferi non sint praevaliturae adversus eam? Omnes orthodoxi toto corde credunt et pleno ore confitentur: omnino Ecclesia Romano-Catholica est illa Christi Ecclesia. Ceterae non sunt opus Dei.²⁰

[Archivio Segreto Vaticano, fond *Archivio della Nunziatura Apostolica in Vienna. Miscellanea. Negotia varia a Nuntiis peracta*, fasc. VII, nr. 59, nenumerat]

²⁰ Pe verso-ul filei se află următoarea consemnare: „Nonnulla circa unionem curandam Graecorum schismaticorum et signanter ex Transylvania cum catholicis. Nuntii Severoli. 1812. Miscellanea 59”.